Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



42

ubi oblectamenta quibus nec frueris. Vide quia in hoc multum tenu
ltis qui hec ad solam tuam tecum creauit. Si mundus iste hec omnia
tibi seruiunt quomodo omnia ad obsequium tuum non sunt facta. Nunquid pater
familias solus panem suum comedit. Nunquid poculum suum solus bibit
Nunquid solus uestimentis suis induitur. Nunquid solus calefit igne
suo. Nunquid solus habitat in domo sua. Totum tibi non immerito ei
dit; quicquid habent hii qui ei potestatem et subiectionem famulantur
Siue igitur illa que tibi seruiunt. siue illa quae tibi seruientibus necessaria sunt.
omnia tibi data sunt. omnia obsequium tibi impendit. d Quod me moueb
at perdidisti potius quam eradicasti. Ego namque hoc querebar. quod uni
ce diligens. unice dilecta non sum. quia pignus amoris mei aliis eque
uideo concessum. Tue uero rationes hoc persuaserunt. ut illa quoque singularitate
in donata crederem. que in usum seruientium in communitate data uiderem.
Inquo conuenientia satis non sufficiens. de hoc quod me mouebat locum
tuum esse gaudeo: Hinc enim doceor omnia quibus uita rationabilium fouetur.
mee potius dictioni esse assignanda. Preterea quod illa quoque que his alumnis
in meum sunt usum deputata. Preuigium tui singularis amoris exin
de astruitur. quod hoc non soli in. sed cunctis similiter hominibus. mutuus uel a
plus subiecta esse noscuntur. Inhis quoque omnibus que communitate usui hominum
cessa sunt. Si quidam non iuste aliquid sibi uendicet. erratque sue dictio
ni singularitate quicquam ascribit. Est quoque specialis quidam amor creatoris
ad homines. inquo quidem ipsi homines aliis creaturis non aut admiscere aliquam
gratiam hinc. Nam quod in assertione singularis amoris dicis. in intere
ta donata esse societate hominum. cum tua mea illis quam illorum in cessa
sit. nuch in hoc ego singulare repere possum. Inqua societate no
stri lecti amissa gratia singularitatis si. multitas participationis. Quod
enim incredulum quod scelestum quod impurum sunt. quia in hac societate similiter gratia
ri possunt. R Non te turbare debet. quod in usu temporalium rerum
eadem bonis. malis est. nec idcirco eos similiter amari ado existimes.
quia his omnibus tecum similiter communicare uides. Nam sicut bestie non per se. sed propter
hominem create sunt. ita mali homines non per se. sed propter bonos uiuunt. Sicut
uita eorum utilitati hominum deseruit. sic omne quod uita illorum alicuius dubi
um non est. quin ad dictionem bonorum referendum sit. Idcirco autem mali